

Liber Secundus

vt angelus. et alia que habeat cognitionem foris per sensum vt quodlibet animal brutum fieri debuit creatura propter perfectionem vniuersitatis que hac lege cognitionis duplicis esset prebita vt legere possit in libro scripto intus et foris. hoc est in creatore et suo opere. Prima est anima corpori multiplici ratione licet separata dignior videatur. Prima ratio est vt per coniunctionem tam disparium naturarum erigere mens ad sperandum vnionem que erit inter animam et spiritum increatum. Alia ratio est vt anima seruiendo deo in corpore maius meritum habeat. quia vbi maior pugna ibi maior victoria. et per consequens maior corona. Difficultas enim operis multum valet ad efficaciam merendi. Tercia ratio est propter complementum vniuersi. Cum enim sicut dictum est quedam esset creatura pure spiritualis. quedam pure corporalis. conueniens fuit fieri creaturam mixtam partim scilicet spiritualementem et partim corporalem. Quarta ratio est quia sicut corpus viuum valet ad fructum penitentie. sic corpus post mortem resuscitatum valebit ad consummationem vite duplicata. quia non solum anima sed etiam corpus premiabitur dote sua. Quinta ratio est quia homo ex defectibus corporis multam habet materiam humiliationis. Unde dicitur. Humiliatio tua in medio tui. Sicut autem anima ex coniunctione ad corpus plura bona consequetur. sic et multa contrahit incommoda. Primo peccati originalis iniquitatem. Job. Quis potest facere mundum de immundo conceptum. et secundum peccandi promptum. Beatus Dionysius sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua. Tertio bene operandi difficultatem. Dionysius. Per agrum pigri hominis transiui et ecce totum. Quarto intellectus ebrietatem. Sapientia. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam et ter in ha. Quinto continuam impugnationem. ad Galatas. Caro concupiscit aduersus spiritum. Sexto curarum sollicitudinem. Math. Dico vobis ne solliciti sitis anime vestre dicendo quid manducabimus aut quid bibemus usque ad corpus nostrum. Septimo passionum multiplicationem. Job. Homo natus de muliere breue. Octauo glorie retardationem. gloriam enim non percipiemus quod diu in corpore detinemur. propter hoc apostolus cupiebat dissolui et esse cum christo.

De proprietatibus hominum. Capitulum .lxj.

Proprietates hominis sunt iste discernere inter honestum et turpe. Unde et solius hominis est honestum obsequi cum oia bruta non nisi delectabilia et vtilia prosequantur. Passiones ordinate ad limitem rationis supra mundum et intellectum eleuari. Et ideo si aliquando quis per adhesionem in terrenis se mundo inferiorem fecerit iam quasi honore humanitatis exutus proprietatem accipit bestie vt dicitur fieri per concupiscentiam porcus. per iram canis. per rapinam leo. et sic de alijs. quod Plato vocauit secundum animarum incorporationem.